meus: et in quo augurari solet. Pes-
simam rem fecistis. Fecit ille ut iusserat,
et apprehensis per ordinem locutus est.
Qui responderunt. Quare sic loquitur
Dominus noster, ut servi tui tantum fla-
gitii commiserint? Pecuniam quam
invenimus in summitate saccorum re-
portavimus ad te de terra Chanaan.
et quomodo consequens est, ut furati
simus de domo domini tui aurum vel
argentum? Apud quemcunque
fuerit inventum servorum
tuorum quod quaeris mo-
riatur: et nos erimus servi
Domini nostri. Qui dixit eis
Fiat iuxta vestram sententiam. A-
pud quemcunque fuerit inventum ipse
sit servus meus: vos autem eritis innoxii.
Itaque festinato deponentes in terra